

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Wilhelmus Zimmermannus]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

rem suum de Cœna Domini tueri & propagare conantur, *Tub. 1582. 4.*

Predigt von der Tafel Gottes/ oder vom grossen Abendmahl/ Lützingen/ 1584. in 4.

Nat. 1540.

Cl. 1577.

Ob. 1600.

WILHELMUS ZIMMERMAN-
NUS, S. Theol. D. & Super-
intendens Græcensis in Styria natus, Neo-
stadii ad Tiliam circa an. 1540. In Scholis
trivialibus, claustralibus & stipendio Ducali eos fecit
profectus, ut An. ætat. 16. secundam lauream cape-
feret. (a) In Ministerium promotus Diaconia Stuttgar-
dianæ A. 1564. adhibetur, ex qua 1569. Wimpinam,
Oppidum Imperiale, Serenissimi indultu dimissus,
Theologiæ Doctoris titulo ornatur. Isthinc An-
no 1578. Heidelbergam in locum D. Stolzii à Lu-
dovico V. qui Ecclesias à Calvinismo reformarat, ad
Concionatoris Aulici & Adessoris in Consistorio
Electoralis Officium vocatus (b) An. 1583. cum Ti-
motheo Kircherò, ad Colloquium Quedlinburgense
Palatinos inter & Brunsvicensis Theologos publicâ
Principum Autoritate habitum, ablegatus; (c) sed
mox eodem anno, Johanne Casimiro, Administra-
tionem arripiente, Theologosque Augustanæ Con-
fessionis ejiciente, ab officio remotus in Patriam re-
diit, ubi Superintendens & Pastor in Oppido Vai-
hingensi declaratus est. An. 1586. à Primoribus Sti-
riæ, Græcium ad Ecclesiæ & Scholarum Inspectio-
nem accersitus; imò, prout ipse scribit (d) divinitus
non modò vocatus, sed etiam cum reluctaretur, vi
quâ-

(a) *Frischlin. Eleg. Libr. X. Eleg. 2.*

(b) *A. Brunnius p. 145.*

(c) *Acta Coll. q. Quedlinburg.*

(d) *Fecht. Epist. Theol. p. 689.*

quâdam protractus est ; ibique sub multis falforum fratrum aliorumque Adversariorum insultibus usque ad finem vitæ Evangelium purè docuit. Habuit enim ex fratribus quosdam adversarios , quibus durum videbatur , eum ipsis præfectum esse. Verùm Domini beneficio , omnibus suis machinationibus , quas ipsi struxerunt , nil aliud nisi suorummet ipsorum confusionem obtinuerunt. Ipse verò replâ indies vidit & expertus est , operam suam , Domino cooperante , quam Ecclesiæ & Scholæ præstitit , non planè inanem fuisse. Conjugem duxit Waldburgam Böckin, Giengensem, Georgii Hizleri, Professoris Tubingensis Consanguineam. (e) Generum ex filiarum unâ M. Davidem Forstmannum, Virum doctissimum & optimum, Ecclesiæ Gracensis Ministrum. (f) Ipse Zimmermannus elogium Viri optimi & doctissimi à Theologis celeberrimis, Jac. Heerbrando & Simone Sulzero tulit ; (g) cujus pietatis studium, veritatis amorem, laborum patientiam, eximiam eruditionem, fidelitatem singularem, docendî dicendique facultatem & dexteritatem Heidelbergæ abunde sibi perspectam fuisse , testatur Philippus Marbachius. Eamque Gracensibus gratam & jucundam & Ecclesiæ ac Gymnasio illorum emolumento & ornamento fuisse judicavit, (h) Pro quo benigno Judicio quàm modestissimè gratias egit Zimmermannus ; qui ab eruditione & Zelo passim laudatur. (i) A falsis fratribus, Davis irrequietis,

M 4

plus

(e) *Erschlin, l. cit.*

(f) *Fecht, l. c. p. 775.*

(g) *Ibid. p. 577.*

(h) *Ibid. in Supplem. p. 150. seq.*

(i) *Gottfrid, Hist. Chron. p. 942.*